

CUM DEO! 37.
COLLEGII INSTITUT. 686

PUBLICI 37

DISPUTATIO DECIMA

Ethico--Politico--Juridica

De

INSTITUTIO-

NIBUS

ET

SUBSTITUTIONIBUS

Hæredum,

Ad Tit. 13. 14 15, & 16. lib. 2. Inst.

EXHIBENS

TEXTUS

Continuationem, Quæstiones,
Antinomias & Axiomata

Quam

SUB PRÆSIDIO

CHRISTIANI TAUBMANNI

J. U. D. Prof. Publ. & p. t. Jur. Fac. Decani.

Discutiendam proponit

GEORGIUS HENRICUS KÖPPEL

Dresdâ-Misnicus,

Ad diem 10 Aug. in Auditorio Jctorum, horis antemerid.

WITTEBERGÆ,

Ex Officina Typogr. JOBI WILHELMI FINGELII, ANNO 1639.





VIRIS.

Generosis, Magnificis, Nobilissimis,

DN. FRIDERICO à Mersch /
in Reichenbach & Friesen. Sereniss. ac Potentiss. Sax.
El. Consiliario Intimo, & quod Dresdæ est, Pro-
tosynedrii Præsidi eminentissimo.

Dn. CHRISTOPH: Viektumb / ab
Eckstedt / Ejusdem Sereniss: Elect: belli
Duci perquàm Strenuo.

Dn. JOHANNI CHRISTOPH. ab Ewele-
wen / In Wartenburg / Eidem Sereniss: Elect. à Consi-
liis, nec non Electoral: Curia, quæ Wittebergæ
est, Præsidi gravissimo, Arcisq; ibidem
Capitano.

*Dominis ac Patronis meis
Magnis*

Has studiorum meorum primitias

devotè atque humiliter

Offero & consecro

Resp.



157

TIT. XIII.

DE EXHEREDATIO- NE LIBERORUM MEMBRUM I.

Continens Textus Continuationem.



Activa testamenti factio est in He-

redis Institutione; *Supr. tit. 10.* quæ est successoris à testatore facta designatio. §. 34. *infr. de legat.* Et est duplex: *Institutio* in specie sic dicta, & *Substitutio*: *infr. tit. 15.* Illa fit in primo gradu. Estq; vel necessaria, vel voluntaria sive permissa. *Necessaria* est Parentum & liberorum, qui, tam fæminæ quàm mares, §. 5. tam Emancipati §. 3. quam in potestate existentes; tam Posthumi §. 1. quàm nati; tam Nepotes in locum defuncti succedentes, §. 2. quàm filii, & tam ii, quos civiliter §. 4. quàm ii, quos naturaliter in potestate habet, necessariò vel instituendi sunt heredes, vel ob expressam aliquam ingratitude causam nominatim exheredandi, §. 5. alioqui inutiliter, quasi contra officium pietatis, testabitur. *princ.* Excipitur tamen miles in expeditione occupatus. §. 6. Nec non mater & reliqui per lineam maternam ascendentes. §. *fin.* quorum præteritio tantùm valet, quantum exhereditio patris nominatim facta. Causæ autem XIV. *in Nov. 115. c. 3.* enumerantur.

MEMBRUM II.

Continens Questiones.

I. An exhereditio ad casus etiam non expressos extendi, & ex aliis æquè gravibus aut gravioribus causis, quàm quæ *Nov.*

A 2

115. c. 3.



115. c. 3. expressæ sunt, fieri possit? Neg. cum Först. th. 18. Arum. Ex 10. th. 3. Treutl. vol. 1. d. 13. th. 8. Berens. d. 6. th. 3. q. 1. Harpr. p. 864. n. 65. Contra Han. d. 7. th. 14. Fachin. & Bocer. Ungeb. Ex. 8. q. 7.

II. An ex causa exheredationis vel præteritionis, rescissâ institutione, legata & fideicommissa debeantur? Aff. cum Arum. Ex. 10. th. 2. Berens. q. 2. Först. th. 17. Hanon. th. 15. Fachin. l. 4. c. 10. & l. 6. c. 77. & l. 10. c. 70. Suthold. d. 8. th. 6. Harpr. hîc. §. 5. n. 6. p. 844. Contra Cujac. Wes. Rober. & Bachov. v. 1. Treutl. d. 13. th. 5. f.

III. Exheredationis causam à testatore omissam, nec testamento insertam, si heres institutus probare velit, an audiendus sit? Neg. cum Fachin. 6. controu. 76. Berens. q. 3. Harpr. p. 867. n. 92. Contra Angel. Jason. & Corlet.

IV. An ut olim, ita & hodie Postumi exheredari possint? Neg. cum Harpr. §. 1. n. 8. Ungeb. Ex. 8. q. 6. p. 855. Contra Hanon. & Treutler.

V. Si filius post injuriam parenti factam reconciliatus fuerit, utrum exheredatio locum habeat? Neg. cum Fachin. 6. controu. 79. Arum. Ex. 10. th. 5. Harpr. p. 866. n. 85. Hillig. in Don. En. l. 6. c. 12. m.

ANTINOM.] Est ne aliqua inter hæc contrarietas, *Filiumfam. qui præteriit, inutiliter testatus est. princ. f. h. t.* Et testamentum tamen illud rescinditur, per inofficiosi querelam. §. eadem 12. infr. de hered. qua ab intest. def. Non esse putamus cum Martin. contrar. non contr. th. 33. Don. En. Hillig. l. 6. c. 13. b. Harpr. ad tit. f. de hered. qua ab intest. def. §. 12. p. 154. n. 2. Riemer. dec. 6. q. 3.

II.] Dispositionem §. sed si. 6. & §. ult. hîc, jure novissimo non esse correctam, asserimus cum Harpr. hîc. p. 847. n. 4. & p. 852. n. 6. Berens. disp. 6. them. 3. q. 5.

MEMBRUM III.

Continens Axiomata & Digressiones.

I. Testamentum quod ab initio non valet, ex post facto non confirmatur. princ. hîc.

II. Liberi

688

II. Liberi adoptivi naturalibus comparantur. §. 4.
hic. §. 8. *supr. de adopt.* Sed simile non est idem. Et *semper in argu-
mento à simili est aliqua dissimilitudo*: ita ut nulla similitudo currat
quatuor pedibus. *Eberb. Topic. p. 214.* Sed an magis hominibus
conducat liberos progignere, an nullos procreare; istud *Euripidi*
dubitandi ansam præbuit: nam miseros haberi & nominari eos
videbat, quibus nulla proles ludebat ante pedes: contra nihilò
feliciores animadvertibat eos, qui liberos progenuissent. Ete-
nim, si mali illi fuerint, ingentes excitant ruinas, sin autem bo-
nos affinxerit natura, non minus malum solent parere parenti-
bus; dum metuunt, & verentur, ne quid mali patiantur. Ean-
dem fabulam paulò aliter *Democritus* expressit. Nam *liberorum*
educationem vocat *periculosam*: propterea quod si res malè ces-
serit, multum afferat sollicitudinis; sin autem benè, dolores alios
pariat. Pueritiam namq; ad humanitatem informatam & à tur-
pi consuetudine prohibitam labefactat ferè in omnibus liberior
facta adolescentia. Adolescens enim eà ætate — *tandem cu- Horat. in*
stode remoto Gaudet equis, canibusq;: & aprici gramine campi, arte Poët.
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper; Utillum tardus pro-
visor, prodigus aris: Hæc dementiâ percitus sudore à parenti-
bus parta disperdit; & omnium sæpè bonorum in illo perturba-
tionum æstu facit naufragium. Unde *Plautus* Comicus aptè *Plaut. in*
& eleganter liberos benè educatos, sed in deterius lapsos, com- *Most.*
parat novis ædibus sumpta & labore perpolitus, in quas si inju-
riosus & indiligens dominus intrârit, devastantur. Hinc est
Democritus repertus, qui existimaverit viro locupleti conduci-
bilis futurum, si amici probiq; viri benè moratum adolescentem
sibi in filium adoptaret, utpote talem habiturus, qualem o-
ptaverit. Hinc etiam leges civiles *adoptionem* invenère tan-
quam *subsidium nuptiarum*; eorumque solatium, qui filiis care-
rent. Nam adumbratâ, & fictitiâ quadam generatione ho-
minis, & familiæ propagatione consulvêrunt. *Adoptio fortu-*
nae remedium est, ait *Seneca*, nimirum ne intercidant familiæ, *l. 2. contr. II.*
nomenque ac memoria hominum penitus intereat. Hæc de

A 3 causâ



causâ ab eodem autore filius adoptatus; *Institutus heres & commodatus filius* appellatur.

III. Suus est, qui & in potestate est, & patri proximus. §. 2. *bic.* Qui vivo adhuc patre, quodammodo heres, id est, dominus rerum paternarum existimatur; & patre defuncto dominium in eum de novo non transfertur, sed continuatur, l. 11. ff. de libb. & posth. hered. instit. Nutriuntur à parvulis, inquit Theodor. de liberis: *Ipsis laboratur, ipsis divitiæ conqueruntur. Et cum sibi unusquisq; credat abundare quod possidet, cum à patribus adhuc queritur, pro altera potius peccatur et ite.* Nimirum ob institutū hominibus à natura sempiternitatis desiderium. Quod a pertis verbis Callistratus definit: *Idcirco filios, filiasve concipimus, atq; edimus, ut ex prole eorum, earumve diuturnitatis memoriam nobis in ævum relinquamus.* Quo pacto non tantum sibi homines, sed & Reipub. consulunt: *Ut quodammodo immortalitas humano generi artificiosè introducatur.* Quod & Plato doctè animadvertit, & asseruit: *Gignentes & alentes liberos, vitam tanquam lampada aliis ex aliis tradere.* Quæ similitudo desumpta est ab Athenis celebrari solitis ludis. Mos enim erat, ut is qui tenens lampada, seu facem præcurrebat, confecto cursu traderet lampada postea cursuro, quem est *Lucretius* imitatus:

Et quasi cursores vitæ lampada tradunt.

Unde optimi Jcti & Philosophi hunc faciem in conjugis esse attendendum non veneream voluptatem benè præcipiunt: Sacrosanctum enim conjugii vinculum non in concubitu, sed in consensu & mutua firmâq; affectione colligatum est. arg. l. 30. de R. J. Et cogites ait, *Seneca, libidinem non voluptatis causâ homini datam, sed propagandi generis.* Quam etiam sententiam in Stoico Catone exprimit & laudat *Lucanus*:

l. 1. de rer. nat.

—Venerisq; huic maximus usus,

Progenies, urbi pater est, urbiq; maritus.

Et quamvis paucissimi parentes inveniantur, qui suorum maturos fructus, si quos ferunt, senectâ ætate colligant, nimirum morte præventi: solum in filiis recordantur, vel inutiles pueritiæ annos, vel adolescentiæ in luxum propensioris effractas fores,

fores, magnos sumptus, impudicos amores. Quæ crimina, & licentiã peccandi volens, nolens necesse est ferat pater ægerrimè. Interim tamen econtrario si est in suorum procreatione acerbitas, eam prorsus mitigat longè major susceptæ & benè educatæ prolis jucunditas. Dulces e. sunt filii, *arg. l. 32. §. 4. ff. de aur. & arg. l. Et Filiorum appellatione omnes qui ex nobis descendunt, continentur*: Nec enim dulciore nomine possumus nepotes nostros, quam *fili* appellare. Et non modo Jctorum sed Poetarum etiam usitatam locutionem istam fuisse elicimus. Nam Virgilius *dulces nati* dixerat. Horatius *dulces alumni*. Et utroque elegantius Valerius: *Chara uxor, dulces liberi, jucundi amici*. Acerbum autem non est, quod dulce sapit.

IV. Certus instituendus & designandus heres, *arg. princ. hinc*. Etenim homines naturã suã interitui obnoxii hãc viã perpetuantur, si vi procreatricis virtutis per heredes sui memoriam diuturnam effecerint. Hinc non censetur mortuus, maximè si pater fuerit, qui successorem reliquit. Præsertim autem in regno. Ita Athalaricus Senatui urbis Romæ: *Quapropter, Casiod. l. 8. inquit, necessarium duximus, propitio Deo de ortu regni nostri vos ep. 1, facere certiores. Quia dilatatum potius quàm mutatum videtur imperium, cum transit ad posteros: Nam quodammodo putatur vivere, cujus nobis progenies cognoscitur imperare. Quibus consimilia scribit Victorinus Episcopus de obitu Theodorici: Sed inde potest vestra tristitia temperari, quia nos in sede regni sui divinitate propitia collocavit: Ut in totum desiderio vestro non videretur ereptus, qui nobis consurgit in successione reparatus. Atque Id. 8. ep. 6. aliter alibi expressit: Vix sentitur amissus, cui non succedit extraneus. Igitur jure meritoque privationem liberorum appellarunt l. ult. C. ad miserandas orbitates, leges Cæsareæ. Ac si parentes, qui filiis l. flav. de carent, lumine auxilioq; orbentur, priventur: illi enim fulcrum plag. sunt senectuti & subsidium, familiæ decus & præsidium. Sic Curt. l. 6. Alexander filiis destitutus: *orbitas mea, aiebat, quod sine liberis sum, spernitur*. Is fortè didicerat ex Euripide: *Munitmen Aula* (imò & Regni) *Regios esse filios*. Quod etiam Octavius edoctus, fuit solitus dicere; Orbitatem omni nixu Principibus esse fugiendam, ut aucti *liberis Augusti ipsi fierent*. Cæteroqui con- Dio Cass. temnun-*

temnuntur Principes ipsi, dum subditi alio respiciunt, & attendunt successorem. Vid. *disp. 3. tit. 11. Ax. 6. Scip. Amirat. l. 1. disc. 2. in Tac. Clapm. de arc. Rerump. l. 2 c. 21. Besold. disp. pol. 5. cl. 2. tit. 13. Turur. paral. Etb. jurid. p. 274.*

V. Emancipatus à patre adoptivo perinde habetur, ac si emancipatus esset à patre naturali. § 4. *bic. & §. 10. infr. de hered. qua ab intest. def.*

VI. Uterque sexus in hominibus procreandis simili naturæ officio fungitur. §. 5. *bic.* Interim tamen *Boëtius* inter cætera bona masculam prolem non infimum recenset. *Quis non te felicissimum, inquit, cum tanto splendore focerorum, cum conjugis pudore, cum mascula prolis opportunitate judicavit.* Etenim non solum nominis & familiæ memoriam virilis stirps vendicat ab interitu, sed majores quoque ærumnas experieris, si filiam conspexeris eamque nubilem. *Alium aliquem educare potes, nisi inopis fuerit, Filia verò agrè quamvis à divite nutritur.* Hinc filia dicta est possessio molesta & laboriosa. Nam: *Filia nubilis & si planè nihil loquatur. Ipso tamen silentio plurimum de se pradicat.* Tacitâ enim oratione dotem poscit: hoc est, quod tacens loquitur: at ex *Euripide* parentes dotis & filia faciunt sapè jacturam. Cùm certum sit, mulierem paternis ædibus egressam, non amplius parentibus, sed conjugi obedire. Nam per in manus conventionem, ex mente *7ctorum*, in ejus transit potestatem. Unde & *familia caput & finis* perhibetur. Et de familia viri non patris esse asseritur in *l. quicumq. C. de re milit. lib. 11.* quoad liberorum procreationem, obsequium & pleraque alia. Hinc filios solent maximè parentes exoptare. Sic *Anna* in sacris Bibliis virilem prolem à Deo precatur, ad fæcundandam sterilitatem. Et Leges quoque *Voconia*, & *Salica* præsertim jure Gallico fæminis marès præferunt. Unde non abs re *Papinianus* generatim illud dixit: *In multis juris nostri articulis deterior est conditio feminarum quàm masculorum.* Interdum tamen & melior. Vid. *Dalner. de jure hom. p. 94. Gôdd. ad d. l. 195. de V. S. Tiraquell. lib. 16. connub. n. 20.*

l. 195. §. 7. de V. S.

1. Reg. c. 3.

l. 9. ff. de Statu hom.

VII. Jus

VII. Jus debet esse simplex & simile. *ibid.* Cum Le-
ges ideo sunt inventæ, ut cum omnibus, unâ eademq; voce loqueren-
tur; proinde eo loqui debent sermonis genere, ut ab omnibus
intelligentur; ambagibus circumcisiss indicantes liquidè, quid
juberent fieri vel vetarent. Apage igitur obscuras & ambiguas
illis leges, quæ *Eridis pomum* in *Rempubl.* projiciunt; quibus
occurrit, ut forenses *Cerberi*, *Locutulei* *furfures*, pecuniam
simplici plebeculæ, crumeni *mulgis* *eliquent fabricis*, & *litium*
strophas *inextricabiles*, *fangant*, *refingant*. Sed & *breves* esse
debent, & cuiuslibet *notæ*: hocq; sine *Majoribus* olim nostris Le-
ges dedit *Thuiscon*. *Rythmis* alligatas, ut *memoriæ* eò *facilius*
infingerentur. Sic *Romæ Pueri Legem XII. Tabb.* ediscebant ut
necessarium *carmen*. Hinc melius ac certius habetur *Jus*
scriptum, *jure non scripto* seu *æquitate*, *Corn. Benincas. ad tit.*
extr. de Constit. q. 2. & 3. *Commodiusq;* ab *optimâ Lege*, quàm
ab *optimo Principe* manu *Regiâ* *Resp. publ.* administratur. *Cas.*
Sp. civ. 3. c. 11. Et *Sanctiones Poenarum præstat scriptis* *Le-*
gibus, quàm *nudo* *Judicis arbitrio teneri*, *contra* *Morum Kirck-*
ner. disp. 19. ad fin. *Optimi enim etiam de eadem re non idem;*
& *unus idemq;* non *eodem tempore eadem sentit*. Ergo *Lex*
est *declaratio voluntatis Imperantis*, ut *subditi certam & simpli-*
cem habeant regulam, secundum quam *vivant*. *Spangenberg*
in der Mansfeldischen Chronick cap. 5. *Andr. Gerbard disp. 7. 1.*
tb. 1. & Job. Gerhardi dec. 5. q. 9. *Hænon. disp. pol. 1. tb. 7.* *Besold.*
disp. pol. 2. class. 2. tb. 29. & 30.

VIII. *Silentium militis non ignorantis se habere*
liberos, pro *exheredatione nominatim facta* habetur,
S. pen. hinc. Quia hoc *jus de necessitate exheredationis libero-*
rum est civile, utpote *pendens ex patria potestate*, quæ *civilis*
est. *S. 2. supr. de patr. pot.* Ea autem quæ sunt *civilia*, *militi in*
testamento sunt remissa. In *militari siquidem testamento*, non
regula juris civilis, sed *sola voluntas militis spectatur*, *l. 1. ff. de*
testam. mil. Harpr. hinc. p. 746.

IX. *Præteritio & silentium matris vel ascendens*
ium,

B

tium,



eium per lineam maternam habet vim exheredatio-
nis. §. ult. hinc. l. 4. §. 2. de bonor. poss. contr. tabb. Idq; tam Jure
civilis; Quia non sunt sui heredes matri, aut avo materno; quip-
pe cum hi non habeant illos in potestate, nec in familia; ita qui-
dem, ut nec in eâ unquam fuerint, nec esse possint. §. 10. supr. de
adopt. §. 3. infr. de hered. qual. & diff. Quam Prætorio; quia
hoc jus subsequitur jus civile. l. 14 ff. de testib. Ritt. p. 250. Ba-
bov. p. 460. Harpr. p. 852. n. 2. hinc. Quanquam autem liberis ita
præteritis non datur contra tabb. bonorum possessio; tamen
aliud illis adminiculum, scil. querela inofficiosi testamenti, (quæ
ultimum vocatur adjutorium in l. ult. C. de libb. præter.) ad im-
pugnandum matris avive materni testamentum servatur. De
quo infr. tit. de inoff. testam.

TIT. XIV.

DE HEREDIBUS INSTI-
TUENDIS.

MEMBRUM I.

Continens textus Continuationem.

Voluntaria sive permessa institutio est quorumvis aliorum,
qui utrum heredes instituantur nec ne, positum est in arbi-
trio & voluntate testatoris. §. 4. In quâ consideranda: I. *Quan-
titas* sive numerus heredum & qualitas. princ. & §. 1. 2. 3. 4. II.
Hæreditatis divisio & ejus partes. §. 5. 6. 7. 8. Et III. deniq; *Forma*
& modus instituendi. §. 9. 10. 11. & 12.

MEMBRUM II.

Continens Quæstiones.

Q. I. Servus communis ab alterutro heres institutus, num
adipiscatur libertatem? Aff. cum Först. diss. 12. tb. 23. & Vult.
hinc n. 6. contra Fab. Ang. & Dd. ibid.

II. Utrum liberi in conditione positi, sint etiam in dispo-
sitione,

691
sitione, adeoq; præsumantur ex testamento vocati? Neg. cum
Harpr. hic. p. 891. n. 8. Först. d. 12. tb. 16. Arum. Ex. 9. tb. 19. Hanon.
d. 8. tb. 7. contra Fachin. l. 4. contr. 51. Bocer. cl. 3. d. 7. tb. 33. &
Hackelm. quest. ill. d. 16. tb. 17. cor. 1.

III. Utrum ventre herede instituto non solum is filius, qui
ex ea natus est uxore, quæ erat tempore testamenti, institutus
intelligatur, sed etiam is, qui ex alia nasciturus est? Aff. cum Ha-
non. d. 8. tb. 4. & adl. 187. de R. J. q. 1. Fachin. l. 4. c. 89. contra
Castrens. & Aretin.

IV. An prohibitio testatoris quid obstat juri accrescendi?
Neg. cum Först. d. 12. tb. 25. Hanon. tb. 8. contra Gomez. &
Bartol.

MEMBRUM III.

Continens Antinomias.

I. In §. 1. hic asseritur; Imperatorem non per innovationem
induxisse; ut servos etiam sine libertate heredes instituere per-
missum: In §. 2. autem supr. quib. ex causis manum. non lic. Justi-
nian. ait: se hoc constituisse novâ humanitatis ratione, Resp.
Bach. & Locam. hic. Don. En. Hillig. l. 6. c. 17. f.

II. Nondum aditam hereditatem defuncti vicem sustinere
vult. §. 4. hic. sed l. 24. in fin. ff. de novat. heredis futuri. Resp.
Bachov. hic. p. 466. Don. En. Hillig. l. 6. c. 2. f.

III. Non posse aliquem paganum pro parte decedere in-
testatum, ponit §. 5. hic. Et tamen nec Papin. in l. 15. in fin. nec
Ulp. in l. 24. in fin. ff. de inoff. testam. pro absurdo habent, quem pro
parte intestatam videri. Quibus adstipulantur. l. 1. C. de secund.
nupt. & l. 10. §. 6. de vulg. & pupill. subst. Vid. Harpr. hic. p. 878.
n. 12. Matth. ad l. 7. de R. J. n. 12. Don. En. Hillig. l. 6. c. 11. b. För-
st. l. 1. de success. c. 22.

IV. Nullam quoque pugnam inter §. videamus 7. hic. l. 12.
§. 4. ff. b. e. & l. 23. vers. cum enim. C. de legat. cum Harpr. p. 882.
n. 6. Matth. hic, & Donell. En. Hillig. l. 6. c. 22. c. agnoscimus.

V. Cum §. 9. hic. & l. 34. ff. b. e. quæ volunt: Heredem ex
certo tempore, vel ad certum tempus institui non posse, non pugnant

l. 56. § 1. 62. ff. h. t. l. 33. ff. de vulg. substit. Vid. Harpr. p. 884. n. 5.
Donell. En. Hillig. l. 6. c. 18. b. Bronch. cent. 3. ass. 31. Hænon. d. 8.
th. 10.

VI. Conditionem impossibilem institutioni adjectam pro
non scriptâ haberi, indubitatum quidem est per §. 10. h. c. l. 1. l. 14.
l. 20. ff. de condit. instit. Cui tamen non parum resistit. l. 4. §. 11.
de statu lib. l. 6. § 1. 16. ff. de condit. instit. §. ult. infr. de leg. Resol.
tamen invenies apud Bronch. cent. 3. ass. 66. Don. En. Hillig. l. 6.
c. 18. b. i. § 1. 8. c. 32. d. § c. Harpr. h. c. p. 888. n. 14. Trentl. part. 2.
d. 11. th. 3. a. Hænon. d. 8. th. 11.

MEMBRUM IV.

Continens Axiomata & Digressiones.

I. Nihil facilè innovandum. *arg. pr. h. c.* Præsertim
in Reipubl. statu. Nam: *Una scintilla*, inquit Pindarus, *totam*
sapè sylvam comburit. Et Thucidides: *Ex parvis initiis sequuntur*
magna mutationes rerum. Non enim ut movere res novas, sic
eventum præstare in nostrâ potestate est. Idcirco jubent viri
Politici aliqua parva incommoda condonare consuetudini, ne
motâ Reipubl. velut agro corpore, majora mala accidant. Et
Plato ut deliri parentis, sic senescentis ac *morbide Reipub. vitia*
ferenda tegendaq; censet, ne intempestivis remediis exacerbata,
gangrænarum instar aut cancerorum, serpant, & depascantur, ac
consumant corpus universum. *Polybius*, duabus potentissimis
civitatibus Carthagine & Româ multorum annorum bello de
Imperio decertantibus, ad extremum succubuisse Carthagi-
nem, & victam conditiones accepisse ob eam maximè causam
putat, quod quo tempore inter eas incidit contentio, tum &
Carthagini multò quàm ante negligentius, & Romæ multò
quàm ante diligentius, *mores institutaq;* *majorum* colerentur:
Sicut de Romanis *Poëta* cecinit: *Moribus antiquis res stat Roma-*
na virisq; *Dann wann das Regiment einmahl wohl gefasset ist/*
so soll man es erhalten/ und nicht leichtlich endern. *D. Cramer. ad*
Deuter. c. 1. v. 14. Præsertim cum frequentius non tam Reipub.
quàm

quàm rerum privatarum respectus incitet homines ad innovandum aliquid aut turbandum in benè constitutis ac quietis politiis. Vid. *pref. ad Chron. Carrion. p. 9. & 10. Melanct. postill. part. 4. p. 495. Et supr. Diss. 4. tit. 22. Ax. 3.*

II. Id quoque nostrum est, in quo alius habet usumfructum, §. 1. *hic. l. 25. de V. S.*

III. Sublato antecedente tollitur consequens. *Ibid. §. est tamen.*

IV. Id, in quo usumfructum habemus, alienum est. *Ibid.*

V. Necessarius heres non est, nisi ex eodem testamento libertatem & hereditatem accipiat. §. 1.

VI. In quæstione cui acquiratur hereditas, spectatur tempus aditionis, *Ibid.*

VII. Cum hereditariis servis est testamenti factio. §. 2.

IIX. Jacens hereditas repræsentat personam non heredis futuri, sed defuncti. *Ibid. & princ. infr. de stip. serv.* Rationem tradit *A. Fab. 14. conjest. 20. p. 148.* Quia heredis persona ante aditionem nulla & incerta (Nescitur enim quis, & an ullus futurus heres) fieri non potest, ut ad inducendam Domini continuationem, personæ heredis habeatur ratio, cum *Dominium incerti, non magis, quàm nullius esse possit.* Defuncti autem persona, licet verè nulla sit, fuit tamen, & certa, ut fictione opus sit, quæ inducat, ut repræsentetur quasi adhuc adesset. Circa personam heredis nihil Lex fingere potest, propter incertitudinem; quia non minus Lex, quàm homo, futuras res ignorat. *Idem 1. Jurisprud. tit. 2. pr. 5. illat. 3. p. 50.* Usus, ait, fictionis hujus, ut continuetur Dominium à defuncto in heredem, ne fiat primi occupantis. Quod si heredem repræsentaret, huic periculo non occurreretur. Sicuti enim ante aditionem is heres non est, ita nullius manerent bona, quæ ex instanti mortis Domini, nullius fuissent. *Joach. Hopper. lib. 2. περὶ ἀνῶν p. 64.* Facilius fingitur, qui mortuus est, superstes, ac Dominus, quàm qui nunquam Dominus fuit. *Est enim continuatio magis secundum naturam, quàm de novo acquisitio.* Cui tamen repræsentationi

locus non est in iis, quæ facti sunt, in quibus animum intervenire oportet, ut possessio. l. 1. §. 15. *Si is qui test. lib.* Item in quibus certa persona requiritur, ut Ususfructus. l. 26. *de stip. serv. Hott. 3. obs. 19. Don. En. Hillig l. 6. c. 2. f.*

IX. Qui est in utero, pro jam nato habetur. *Ibid. §. l. 7. l. pen. ff. de stat. hom.*

X. Plurium servus singulis Dominis acquirit pro Domini portione. §. 3. *§. ult. infr. de stipul. serv.*

XI. Tot unciae assem efficiunt, quot testator vult. §. 5.

XII. Paganus pro parte testatus, pro parte intestatus decedere non potest. *Ibid.*

XIII. Militum sola voluntas in testando spectatur.

Ibid. Et utinam in testando saltem! Sed jam ipsorum quoque *Pachym. l. 3.* animos penetrat immanis illa vox: ἄδεν ἄδενός εἶναι, πλὴν τῆ *bist. Byr. c.* ἀγδάζοντ' κατὰ πόλεμον: Nihil cuiusquam esse, nisi eius, qui *16.* rei bellicæ studet: quam olim usurpasse Gallos legimus, se in *Liv. l. 5. c. 31.* armis jus ferre, & omnia virorum fortium esse jactantes. Unde & *Tac. 1. Ann.* resistantes, ad cædem, ad sanguinem deposcunt: Et ferro flammisq; omnia pervastant, non sexu, non ætate miserationem adferente. *51.* Nec mirum! Ista enim flagitia perpetrant ex absolutâ corruptâ voluntate. Apud eos namque

Senec. Herc. fur. — — prosperum ac felix scelus Virtus vocatur.

Et potius metuendum lusciniolæ ne defuat cantio, quàm speciosa nomina popliviſtoris istis deficient, quæ culpis suis imponant. *Quintil. l. 3. c. 8.* Nec enim est quisquam tam malus, ut malus videri velit. Et qui de nefariâ deliberat, id solum quarit, quomodo quàm minimum peccare videatur, ac sceleri suo colorem honestatis inducere queat.

Sen. Ep. 97. Omnes peccata dissimulant: & quamvis feliciter cesserint, fructu illorum utuntur, ipsa subducunt. Quis enim est, qui non beneficus videri velit?

Idem l. 4. de benef. c. 17. qui non inter scelera & injurias opinionem bonitatis affectet? qui non ipsis, quæ impotentissimè fecit, speciem aliquam induat recti: velit quoq; & iis videri beneficium dedisse, quos læsit?

Verùm hi frustra sunt. Quantum enim cunque celent: Fama (liberrima illa iudex) nihil impervestigatum, aut occultum finit. Ac licet, dum vivunt aut urbi imperium tenent, objecto aliis glaucemate

comate, speciosisq; pretextibus operire culpam soleant, vel & terrore sui, judicia de se liberiora premant: ferè fit tamen, ut *Tac. 1. hist. 17.* malè coërcitam famam supprimentes augeant. Non enim potest *Id. in Agr. c. 2.* aboleri vox populi, & conscientia generis humani. Quod si vel *Diod. Sic. 1. bibl.* maximè præstetur, tamen libet eorum secordiam irridere, qui præ *Tac. 4. ann. 35. & 3. an. 65.* senti potentia freti, credunt extingui posse etiam sequentis ævi memoriam, aut caveri, quò minus *Plin. paneg. c. 53.* historia, illa uti custos illustrium virorum *Vell. Pat. c. 29.* Virtutis, ita testis malorum sceleris, ad posteritatem omnia prodat, cum eos mors odio aut gratiæ exemerit. Hoc enim præcipuum munus annalium, ne virtutes sileantur, utq; pravis dictis factisq; ex posteritate & infamiâ metus sit. Quæ vel una ratio istos, apud quos *Cic. pro A. Mil.* *Æl. Lam. prid. in Alex. c. 51.* *Dio Cassius lib. 52.* *poten-* *potentia ad impotentiam utuntur, jus in armis ferunt, deberet à malè consultis factis abstrahere, & eos ad illud juris compendium spectandum impellere: QVOD TIBI FIERI NON VIS; ALTERI NE FECERIS: quod ex naturâ ipsâ arripimus, hausimus, expressimus: quod laudatissimus Imper. Alexander Severus usque adeò dilexit, ut illud & per præconem, cum aliquem emendaret, pronuntiari, & in publicis operibus atque palatio præscribi juberet. Et alterum Mæcænatis ad Augustum: Si hæc tuâ sponte omnia egeris, quæ velles alium in te imperium habentem agere, nullâ in re peccabis. A quibus paganis hominibus probitate nos & justitiâ superari, ad dedecus Christiani nominis certè pertinet!*

XIV. Dies institutioni heredis adjectus, pro non scripto habetur. §. 9.

XV. Impossibilis conditio pro non scripta habetur. §. 10. Quia id tantum posse dicimur, quod de jure & honestè possumus. *l. 125. de V. S.* quæ verò contra leges & bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est. *l. 9. & l. 15. ff. de condit. instit. l. 123. ff. de V. O.* Quamvis hodie paucis bonum & æquum divitiis charius: præcipuè Viris militaribus & Magnatibus, qui (quod verè, sed verècundè dicam) interdum honesto postposito, suis commodis atque cupiditatibus lenocinantur: *Sallust. Jug. c. 15.* *Vell. Pat. 2. c. 29.* *Liv. 5. c. 36.* *poten-* *potentia ad impotentiam utuntur: jus in armis ferunt: sine injuriâ*

potentiam levem atq; inopem esse arbitrantur. Nimirum impune
Sallust. Jug. quolibet facere, id est, militem aut Archistrategum esse; eorum
c. 31. quidem opinione, quibus nihil cum lucro malum, sed omnia cum
Sophoc. apud pretio honesta; & quicquid valde utile, id fieri honestum, etiam si an-
Athen. l. 12. tea non videretur. Sed illis in mentem haud venit, ea non solum
Sallust. Jug. antiquitus Germanis tributa laus, quod justitia & fide nulli mor-
c. 86. talium ante eos sint, sed alterum quoque avo nostro, & quidem
Tac. de mor. ab æmulæ nationis homine, invidendum elogium ipsis datam:
Germ. c. 35. Apud Germanos solos, nostrâ ætate morum integritatem superesse vi-
Machiav. l. 1. deri. Interim tamen etiamnum solet in istorum pectore honesti
1. de Rep. vis speciem utilitatis omnem obscurare, qui veri sunt Germani; ita
c. 55. debet, quia jam Christiani: quibus pudori esset & infamiae,
Cic. 3. off. commodi semitam illam intentè nimium secutos, aberrare à
regiâ & præscriptâ divinitus Honesti viâ, cum ipsos adeò sanio-
Eurip. res è Paganis ita judicâsse videamus: Non fas potentes posse fieri
Xenoph. l. 7. quod nefas. Et: Nullas opes pulchriores honestioresq; quam Vir-
tutem & Justitiam esse. Quod quidem exoptandum! Sed nunc
Senec. de ira sæpè alter in alterius exitium levi compendio ducitur: nulli nisi ex
lib. 2. alterius damno questus est: omnia perditâ ob levem voluptatem
Terent. in prædamq; cupiunt. O tempora perversa! Hancine vitam? Hos-
Adelph. cine mores? hanc dementiam?

XVI. Pluribus conditionibus conjunctim con-
 ceptis, omnium eventus expectandus; Quia omnes
 unius loco habentur; Disjunctim una implenda, §. 11.
 b. l. 5. ff. de condit. instit. l. 78. §. 1. ibid. & l. 124. de V. S. Quo-
 niam disjunctiva oratio non utriusque sed alterius perfectione
 verificatur. l. 129. de V. S. c. 70. de R. J. in 6.

XVII. Ignorantia testatoris inutilem institutio-
 nem non facit. §. ult. hinc. l. 46. ff. & l. 16. C. b. s. Modò fa-
 mâ, aut aliquâ fortassis virtute nobis sunt cogniti. Est quippe
 latens ac tacitus interdum etiam erga ignotos instinctus, non
 modò propter sanguinis necessitudinem: sed & propter erudi-
 tionis aut virtutis insignioris celebritatem. Hinc insedit hæc
 opinio in animis multorum, nihil boni posse contingere ami-
 co,

co,

094
co, cuius commodo amicus alter privaretur: imò adversa ipsa
partiri, & communicare inter se optimos amicos. Unde natu-
ra commune illud axioma. *Amicorum inter se omnia esse com-
munia*. Et L. Seneca: *Consortium, inquit, rerum omnium inter nos Terent. in
facit amicitia. Nec secundi quidquam singulis est nec adversi, in Adelpb.
commune vivitur. Quod unum & maximum ex amicitiae of- Sen. Ep. 48.
ficiis luculenter notavit Plinius in verbis: Non mehercle tam mea
sunt, quae mea sunt, quam tua. Et Plutarchus in serm: amat: l. 1. ep. 4.
Neq; enim, ait, omnia amicorum bona sunt communia. Sed corpo-
ribus distincti animas adducunt, & colligunt, neq; volentes neq;
existimantes duas esse.*

TIT. XV.

De Vulgari substitutione
MEMBRUM I.

Continens textus Continuationem.

SUBSTITUTIO est heredis institutio secundo vel ul-
teriori gradu facta. Vel ut *Hottom.* Est posterior institutio in-
prioris deficientis subsidium comparata. l. 36. 43. §. 1. ff. b. t.
Estq; *vulgaris*, vel pupillaris. Ista fit vulgo jure communi in lo-
cum quorumvis heredum non adeuntium. *princip. hie.* Et pos-
sunt heredes substitui & singulis, & plures pluribus, & plures u-
ni, & unus pluribus. §. 1. *hie.* Quo casu, si nihil in substit. te-
stator de partibus expresserit, easdem consequuntur partes, quas
ex institutione. §. 2. l. 24. 41. §. 1. ff. & l. 1. C. h. t. Et quem te-
stator ei substituit, quem cohæredi suo substituerat, utique eum
substituisse intelligitur. §. 3. *hie.* l. 27. & 41. ff. b. t. Substitutus
tamen ei servo, quem testator liberum & patremfam. putabat,
illo jussu domini hereditatem adeunte, in partem admittitur,
§. *fin.* l. 40. ff. & l. 3. C. de hered. inst.

MEMBRUM II.

Continens Quaestiones.

- I. An substitutio in unum casum facta, ad alterum extenden-
da.

C

da.



da. Neg. cum Harpr. p. 910. n. 7. Fachin. 4. contr. c. 61. Berens d. 7. them. 1. q. 1. Contra Arum. Ex. 8. tb. 15. Bocer. cl. 3. d. 5. tb. 32.

II. An filio repudiante hereditatem pater ejus, an substitutus admittendus? Post. aff. cum Harpr. p. 912. n. 16. Bocer. cl. 3. d. 5. tb. 33. Fachin. 4. contr. 63. Arum. Ex. 8. tb. 10. Berens d. 7. tb. 1. q. 2. Henon. d. 8. contr. 14. Contra Först. d. 13. tb. 3. Hunn. ref. l. 2. tract. 6. q. 5.

III. Num fiscus vulgarem substitutum excludat? Neg. cum. Bocer. cl. 3. d. 5. tb. 34. Fachin. 4. contr. 64. Henon. d. 8. contr. 15. Contra Bart. Alex. & Vasq.

IV. An minore adeunte hereditatem, & adversus aditionem in integrum restituto vulgaris substitutio admittatur. Aff. cum Fachin. 4. contr. 73. Henon. d. 8. tb. 16. Berens d. 7. tb. 1. q. 5. Contra Harpr. p. 923. n. 21. Bocer. & Bachov.

MEMBRUM III.

Continens Antinomias.

I. Non leviter quidem §. 3. h. c. l. 27. & l. 41. ff. h. t. advertari videtur l. 47. ejusdem tit. Sub idem tamen vexillum rediguntur à Vult. Bachov. & Matb. h. c. Don. En. Hillig. l. 6. c. 24. f.

II. Sed neque sic exustus litium fomes. Nulla magna civitas diu potest quiescere. Quæ foris hostem non habet, domi invenit, ait nitidè historicorum uberrimus. Ita & Tribonianus in §. ult. h. c. Julian. in l. 40. & Pomp. in l. 41. ff. h. t. tanquã Juridici regni proceres ab externo hoste defensi, in se savire videntur. Adeo ut Jctorum signifer Cajacius asserere von veretur, vitio Triboniani, nec satis accurati viri, nec juris vel litterarum valde periti corruptam esse & depravatam dict. l. 40. Pro quo non intercedit alter Jurisprud. Tribunus Hottom. sed potius Tribon. incusat, ac si Juliani responsum detruncasset. Nos tamen sine sacrilegio amicabilem compositionem amplectendam esse judicamus, oblata à Juris fecialibus, Don. En. Hillig. lib. 2. c. 24. K. Harpr. p. 921. n. 2. Arum. Ex. 8. tb. 11. Först. d. 13. tb. 5. Ungeb. Ex. 8. q. 8. Alii.

T. Livius
l. 30.

MEM

MEMBRUM IV.

Continens Axiomata & Digressiones.

I. Poteſt quis in ſuo teſtamento plures gradus heredum
facere. *princ. hęc.*

II. Subſtitutus non in primâ, ſed in imâ. ſeu ſecundâ cerâ
ponendus, *arg. princ.* Sic Suetonius de Julio Cæſare: *Noviſſimo;*
inquit, teſtamento tres inſtituit heredes, ſororum nepotes: C. Octa-
vium ex Dodrante: L. Pinarium & Q. Pedium ex quadrante: reli-
gnos in imâ cera. Vid. Alciat. par. l. 4. c. 6. & Mercer. opin. l. 1. c.
12. ubi etiam docet, quid Prima, quid Ultima cera ſit. Ut & de
ceratis tabellis Taubman. ad Plaut. Aſin. act. 4. ſc. 1. v. 18.

III. Servi in ſubſidium collocandi. *ibid.* Imò olim
& in bonâ illâ & compoſitâ Rep. nec admiſſi; etſi poſtea remiſ-
ſum. Adeò, ut non libertini ſolùm, ſed ſervi etiam adſcripti;
ſed ſere per civilia bella, cùm *Virtus & Honos juſ ſuum agrè ſer-*
vant; Aut cùm neceſſitas id expreſſit; ibi in ſubſidium ſaltem
collocati. At quæ forma nunc apud nos? Nulla! Nam ple-
runque (nam omnes abſit ut culpem) promiſcuè *Emunt mili-*
tem, non legunt. Pecuniola proponitur, tympanum ſtrepit: &
ecce coeunt aliquot ignoti inter ſe, ignorantẽs: *Purgamenta ur-*
bium ſuarum: Quibus ob egeſtatem & flagitia, maxima peccandi
neceſſitudo eſt: Aſueti latrociniis, bellorum inſolentes. Atque ut
uno verbo abſolvam: *Quorum lingua vana, manus rapaciſſi-*
ma, gula immenſa, pedes fugaces, quæ honeſtè nominari non poſ-
ſunt inhoneſtiſſima. Vere galeatilepores, & hoſpitibus tantum me-
tuendi. Quibus ut ad populandos finitimorum agros, reſtaq; u-
renda, & capienda pecora. aliqua vis ſit: ita in acie ac ſignis colla-
tis nulla eſt. Quippe qui ſaltem didicèrunt ſuas vires extollere,
hoſtium paucitatem contemnere, & omnia, tanquam externa aut ur-
bes hoſtium, urere, vaſtare, rapere: Populatores terre, quam à po-
pulationibus vindicare debebant. Ad ſummam: Exercitus no-
ſter eſt linguâ, quam manu promptior; pradator eſt civibus, & ipſe
præda hoſtium. Atque ita ne quidem in ſubſidium, multò minus
in præſidium collocandi.

C 2

Subſti-

695

Tac. 1. hiſt.

Liv. 21.

Curt. 9.

Tac. 3. ann.

Egeſ. 4. c. 4.

Pſeudo Sal-

luſt. in Cic.

Tac. 3. Inſt.

Liv. 1. 28.

Tac. 3. hiſt.

Tac. 2. Inſt.

Curt. 1. 3.

Salluſt. Jug

IV. Substitutus substituto, est etiam substitutus primo instituto. §. 3. *hic. l. 27. & 41. h. t.*

TIT. XVI.

De Pupillari substitutione

MEMBRUM I.

Continens Textus Continuationem.

Pupillaris: Estque vera, quæ fit liberis impuberibus in potestate existentibus, nec in alterius potestatem recasuris. *princ.* In quâ consideranda I. Quis, sive cui substitui possit, nempe liberis impuberibus, tam postumis quam natis: tam exheredatis, quam heredibus institutis. §. 1. 4. 6. & *ult.* II. Modus, quomodo fieri debeat. *dict. pr. & §. 2. 3. 5.* III. A quonam fiat, §. 5. Et IV. Quomodo finiatur, nempe pubertate, §. 8. Vel *Quasi-pupillaris, sive exemplaris;* quæ fit Liberis mente captis vel furiosis, etiam puberibus. §. 1. *hic. l. 9. C. de impub. & al. subst.*

MEMBRUM II.

Continens Questiones.

I. Num mater vel avus maternus jure novissimo liberis suis impuberibus pupillariter substituere possint? *Neg. cum Harpr. p. 931. n. 8. Don. En. Hillig. l. 2. c. 25. l. Vid. Riemer. dec. 6. q. 6. quodammodo. diss.*

II. Ut substitutio pupillaris valeat, an utroque & substitutionis & mortis tempore pupillus in potestate parentis esse debeat? *Aff. cum Don. En. Hillig. l. 6. c. 25. n. Bocer. cl. 3. d. 5. tb. 46. Henon. d. 8. tb. 17. Harpr. p. 931. n. 11. Arum. Ex. 8. tb. 16. Först. d. 13. tb. 8. Contra Trintacing. Intrigliol. & Loriot.*

III. Nunquid pup. substitutio facta in tempus, quo filius desinet esse impubes, jure saltem fideicommissi valeat? *Neg. cum Bronch. cent. 3. ass. 33. Fachin. 4. contr. 44. Berens d. 7. tb. 1. q. 8. Henon. d. 8. tb. 20. Arum. Ex. 8. tb. 12. Först. d. 13. tb. 24. Harpr. p. 936. n. 33. Contra Donell. Gomez. & Zaf.*

IV. An

IV. An mater per substitutionem pupillarem legitimam sua
privari possit? Neg. cum Fachin. 4. contr. 42. Bocer. cl. 3. d. 5.
th. 85. Berens d. 7. th. 1. q. 6. Harpr. p. 939. n. 47. Contra Sut-
bold. d. 8. th. 45.

MEMBRUM III.

Continens Antinomias.

I. Verissima est regula: Patrem, qui filios in potestate habet,
non matrem pupillariter substituere. princ. hic. Cui tamen Secta
Africani in l. 33. ff. de vulg. & pup. subst. planè contraria. Sed in
primam opinionem me tùm sapientiorum autoritas, tùm robustio-
ra, quibus utuntur, argumenta obfirmant. *Qua videbis apud*
Don. En. Hillig. l. 6. c. 25. l. Bronch. cent. 3. évav]. aß. 35. Arum.
Ex. 8. th. 14. Henon. d. 8. th. 18. Harpr. p. 931. 6.

II. Patrem filio quoque exheredato pupillariter substituere
posse, asseritur in §. 4. & l. 1. §. 2. l. 10. §. 5. ff. h. t. Et tamen
Ictus Tryphon. l. 41. §. 4. ff. de testam. mil. contrarium interve-
niendo statuere videtur: *Substitutum à filio militis exheredato,*
tantum habere ea, quæ à patre milite ad filium pervenerunt. Quæ
ut componantur, reperti sunt æqui rerum arbitri, qui unius in-
terpunctionis caduceo discrepantes animos demulcère tentâ-
runt. Först. de interpr. jur. l. 1. c. 2. n. 21. Ant. Matth. in not. hic.
Donell. 6. com. 24. Harp. p. 954. n. Martin. in contr. hic. th. 40.
Först. de Success. l. 1. c. 13. & c. 19. n. 6.

III. Facebant quoque jurgia, inter §. 9. hic. & l. 87. §. 2. de
legat. 2. In verbis non rebus sita sunt. Vid. Matth. hic. innot. Har-
pr. p. 957. n. 41.

MEMBRUM IV.

Continens Axiomata & Digressiones.

I. Pater præsumitur optimè liberis suis prospicere,
arg. princ. in fin. Quanta sit parentum in liberos affectio, benè
& doctè ab Euripide declaratur: *Cunctis hominibus liberi sunt Gl. pen. l.*
anima. Et in hæc amandi palæstrâ excellere filiis parentes, cum pret. C.
firmat Glossema in isto trico: *Amorem plus descendere, quàm ascen-*
dere.

l. 7. §. ult.
ff. und. libb.

Cass lib. 6.
ep. 24.

l. 68 ff. quod
met. e.
declam. 33.

Varro l. 5.
de L.L.
l. 2. C. de
ind. vid. toll.

Cic. 3. de
Rep.

Theod. apud
Cassiod. 16.
ep. 10.

Sallust. frag.

Tac. 14. Ann.

dere. Unde prospiciunt bono liberorum; de ipsorum salute atque commodo solliciti nulla non concipiunt vota, nullas non adhibent cautelas, ut eorundem commodis inserviant; quod insinuat Papinianus: *Non sic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hereditas: Parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittit, liberos natura simul, & parentum commune votum.* Ita ut multi patres extiterent, qui, quibus ex liberorum funere susceptus dolor manus intulit violentas, utpote immodicus. Et parentes pro affectu magis puniuntur, & terrentur in persona liberorum, quam suomet corpore proprio. Sed uter à parentibus amet vehementius, pater ne an ipsa mater? De utroque vera sunt illa Quintiliani: *Alia est horum ratio, quos brevis transitus voluptatis fecit parentes, quos liberis suis extrapostae voluptates conciliant. Aliter amat, quae peperit, quae memoriam decem mensium, quae tot periculorum; tot sollicitudinum recordationes ad nos iudices affert.* Sed magis pro matre ista Ennii: *Ter malum sub armis vitam ducere, quam semel modo parere.* Et illud Justiniani Imp: *Natura mulieres ad hoc progenuit, ut partus ederent, & maxima in eis cupiditas ad hoc constituta est.* Atqui ex majori desiderio solet consequi amor vehementior.

II. Ratio debet Principes ad constitutiones novas promulgandas excitare. arg. §. i. hinc.

Nam quod nonnulli parum prudentes probant: *Id jus esse, quod ei qui plus potest, utile est,* scævum illud, & adulantis animi dogma. Quanto honestior & regio animo dignior vox: *Cum omnia possimus, sola credimus nobis licere laudanda?* Nempe quia id tantum posse facere dicimur, quod justè & honestè possumus. c. *faciat* 22. q. 2. Id est, rationi rectæ consentanea. Et tamen parcè ferat. Namq; legum copiâ civitas corrumpitur, & vastatur magis, quam corrigitur. Nec antiqua temerè mutet. Certum est enim, *super omnibus negotiis, melius atq; rectius olim provisum, & quae convertuntur, in deterius mutari.* Ideo rectè Ulpianus respondit: *In rebus novis constituendis, evidentem utilitatem esse debere, ut recedatur ab eo, quod diu æquum visum est.* Ut enim sine valetudinis offen-

offensione, nemo subito victus rationem mutat; ita nec leges
sine maximâ rerum conversione. Laudatum illud Augustini
dictum: *Ipsa mutatio consuetudinis, etiam quæ adjuvat utilitate,*
novitate perturbat. Et alterum Cleonis: *Eam Rempub quæ ma-*
lis quidem, sed tamen immotis legibus utitur, præstantiorem esse illa,
quæ bonis quidem legibus utitur, sed tamen mobilibus & inconstan-
tibus. Præclara igitur illa Augusti ad Senatum Rom. cohorta-
tio Principum oculis sit subjecta: *Positas semel leges constanter*
servate, nec ullam earum immutate: nam quæ in suo statu eadem-
que semper manent, etsi sint nonnihil vitiosa, utiliora tamen sunt his,
quæ per innovationem vel meliora inducuntur. Hoc tamen cum
temperamento; nisi Necessitas aliud expresserit vel utilitas:
tum enim abrogare licet, sed sensim, & moderatâ ratione. Vid.
Chock. pol. l. 2. c. 2. & 4. Lips. l. 2. Pol. c. 11. & ib. Cl. Bernegg. in
not. ad illum nondum editis. Mich. Meisner director juventutis meæ
fideliss. in coroll. Tall. p. 96. Partben. litig. l. 1. c. 7. n. 38.

III. Parum interest, utrum quis ætate, an moribus
puer. arg. §. 1. hîc. Quamvis Legumlatores & Politici in Re-
pub. administrandâ multum senibus detulere; non tamen erit
benè judicantis oratio, si quis diceret; senes tantummodo esse
cordatos, bonis moribus instructos; adolescentes omnes, leves,
inconstantes, perversis studiis: solam prudentiam, ac bonita-
tem ætatis progressu expectandam. Nam ex mente sapien-
tum: Nihil refert, *ætate an moribus Senex sit homo.* Et merito
Horatius eos reprehendit, qui virtutem æstimant annis & ætate:
Miranturq; nihil, nisi quod libitina sacravit. Quasi diceret; Per-
peram faciunt, qui judicant de homine annis & non moribus:
Mores enim faciunt optimum ac benè moratum. Quemadmo-
dum è contrario ipsa etiam *senectus prudentiâ æstimanda, non*
annis. Non *vani, non ruga,* ait ipsemet Cato major senectutis a-
cerimus propugnator, *plerumq; afferunt auctoritatem, sed hone-*
stè æta superior etas dignitatis fructus capit extremos. Et D. Am-
bros. ad Valer: *Non annorum, inquit, canicies laudanda, sed mo-*
rum. Adolescens igitur expleat, quæ sunt suarum partium,
vivat

Ep. 118.

Thucid. 3.
hist.

Dion. l. 52.

l. 2. Ep.

Cic. in Cat.
maj.

697



vivat integerrimè, de se humiliter demissèq; sentiat potius, quàm magnificè elatèq; : alieno stet potius quàm suo iudicio. Et si nullà alià re, modestià certè & temperamento lingue adolescens senem videro, dicat cum Scipione. Ita naturæ leges quasi invertet, regetq; patrem à quo regi oportuerat. arg. l. 12. §. 1. ff. de tut. & cur. dat. ubi : *Filium si sobriè vivat, patri curatorem dandum magis quàm extraneum.* Quis ergò atabigat, quia juvenes tales ad honores admittendi, quorum ætas cupiditates adolescentiæ effugerit. Indignum etiam esset, cum honori non tempestivum videri, qui jam virtuti maturus est. Et non potius illo D. Ambrosii subscribat : *Ibi est perfectà ætas, ubi est perfectà virtus.* Vid. Meurs. de glor. c. 7. Lips. pol. l. 3. c. 4. Chockier thes. pol. l. 3. c. 5. & l. 5. c. 3. Taubman. parens in comm. ad Plaut. Merc. act. 5. sc. 4. v. 15. & alter Cl. Jac. Martini parentis loco vener. polit. l. 2. p. 829. Turturet. paral. Eth. jur. p. 158. Schönborn, l. 2. pol. c. 7.

IV. Formidolosi, & conscientiæ stimulis agitati, semper periculo insidiarum se credunt esse subjectos. arg. §. 3. hic. Nam da mihi hominem scelestum & vitiis omnibus opertum, iste sanè, ut Cic. ait : *Sibi est adversarius unus acerrimus.* Etenim : *Animus impurus diis hominibusq; infestus, neq; vigiliis, neque quiete sedari potest : ita conscientia mentem excitam vastat.* Adeò magna vis est conscientiæ, & magna in utraq; partem : ut neque timeant, qui nihil commiserint : & penam semper ante oculos versari putent, qui peccarint : Imò Solum ipsum absque metu & suspitione non hauriunt. Sed ad omnes suspiciones pavidi sunt. — metuunt turbam, metuunt solitudinem, metuunt satellitii absentiam, metuunt etiam ipsos custodes : nec armatos illos apud se, nec inermes vident libenter. Ne multis : *Omnia semper suspecta, atque sollicita sunt, nullus amicitiæ locus.* Tantum metuunt, quantum nocent : nec ullo tempore vacant. Placuit hoc faciunt Tiberius, Caligula, Nero ; & inter alios Ludovicus XI. Gall. Rex, de quo notatu digna habet Comineus. E contra, quemadmodum laurus non timet fulmen, ita bona conscientia nullà culpâ pallefcit. Camer. in Embl.

Liv. l. 6.

Tac. 1. ann.

l. 10. ad Att.

Sallust. in
Catill.

Cic. pro.

Milon.

Chryf. hom.

12. ad Tim. 1.

Tacit. 2. hist.

Phaler. a-

pucl Stob.

Cic. in Cel.

Sen. ep. 105.

lib. 10.

p. 101.

Embl. intacta virtus: Sic illesa malis constat pulcherrima virtus,
Laurus ut est diris integra fulminibus. Vide Chock. th. pol. l. 6.
c. 11. Lips. pol. l. 4. c. 11. Turturet. paral. p. 308. Schönb. pol. 2. c. 35.
Camer. hor. subcis. c. 56. D. Jacob. Martin. l. 2. pol. p. 479. Taubm.
ad Plaut. Amph. act. 2. c. v. 206. & Mostell. a. 3. sc. 1. v. 13.

V. Occulta proprio lino, propriaq; cerâ confi-
guanda. arg. ibid. Nam multis simulationum involucris tegitur,
& quasi velis quibusdam obtenditur, uniuscujusq; natura. Frons,
oculi, vultus per sepe mentiuntur, oratio verò sepius. Itaque
merito Pragmatici homines, omnibus historicis preceptis, versibus
deniq; caveri jubent, & vetant credere. Et Sicut ille insufurrat,
Vigila & memor es, ne quid credas: nervi hi sunt Prudentiæ. Cui
concinit alter à Græciâ — sapiente diffidentia, Non alia res u-
tilior est mortalibus. Quid ergo, inquires, nulli credam? Non
hoc suadeo: (Utrumq; enim in vitio est, & omnibus credere, &
nulli:) sed ut paucis, nec nisi iis, quorum longo usu cognita ti-
bi fides. Ita tamen, ut occulta proprio lino & cerâ consignes;
nec secreta uxori quoque prodas: Quia arcanorum revelatio-
nem sacrum & individuum illum torum sepe penetrasse hi-
storiarum monumenta testantur. Itaque: O amici, nemo ami-
cus. Vid. Lips. pol. l. 4. c. 13. Chockl. 2. pol. c. 14. Reduc ergo
te, & tutum hoc scuto redde: Nihil credendo, atq; omnia
cavendo. disp. in jur. publ. de jure princip. th. 81. c.

VI. Pupillare testamentum est pars & sequela pa-
terni testamenti. §. 5. hic. Cùm præsumptio pro patre er-
ga liberos optima. arg. ax. 1. h. t. Merito & illud Juridicum
hic sacrosanctum esse debet: Jubeat testator, & erit lex. Cui
calculus suum adjicit Luitprandus constitutione Longobardi-
câ: Quomodo aut qualiter voluerit, & quod judicaverit, stabile
debeat permanere: quasi verò non minori judicio & commen-
tatione, quàm lex sancitur, testamentum condiatur. Atque
hæc autoritas ideò supremis tabulis est attributa, propterea
quod iis scribendis cura quædam & vis major attributa ab ho-
mine videatur. Ubi mors interclusit omnia, ait latinus Stoicus,

D

&

Cic. ad Q.

Fr. ep. 1.

Cic. orat.

post. red.

in Senat.

Cic. ad Att.

l. 1. Ep. 20.

Epich.

Eurip.

Sen. Ep. 3.

Arist. apud.

Laert.

lib. 2. ff.

Long.

tit. 18. l. 2.

Sen. l. 4. de benef. c. 11. *Et ad ferendum incorruptum judicem (id est nos ipsos, sed ab affectibus jam purgatos) dimisit, quarimus dignissimos, cui nostra tradamus, nec quicquam curam sanctiore componimus, quam quod ad nos pertinet. Præsertim autem jura de parentum consilio, tanquam optimo, benè præsumere solent, quod scilicet utilitati & commodo liberorum prospiciant. arg. l. 7. ibi: quis enim talis affectus, C. de curat. fur. Unde & ipsorum regulariter votum: Deum oro, contingat hunc habere nobis superstitem, Et Calpurnius Flaccus; Perire mihi satius est, quam hunc videre pereuntem. Sic D. Hieron. Scio enim & hoc illos optare, ut te habeant superstitem. Vide Turtur. paral. Eth.—jurid. p. 46. Robert. rer. jud. lib. 1. c. 1. p. 8. Ex quâ optima præsumptione patrem leges quoque excusatum habent à cautionibus, à ratiociniis, & aliis omnibus, quæ ab extraneis aliàs leges exigunt, attestante Celeberr. Jcto D. Finckelthaus Obs. 76. n. 6.*

Quint. Dec. 344. dec. l. 40. ad Demet. p. 2. Ep. 18.



AD
Præstantissimum Juvenem
 GEORGIUM HENRICUM KÖPPELIUM, De Institut. & Substitut. heredum publicè disputantem.

Qualis Argois generosus arvis
 Pullus exultat, patriasq; anhelans
 Jam statim palmas, rapido fatigat
 Æquora cursu
Ocyor

Ocyor ventis simul & sagittâ,
Barbarus siquam Scythia misit arcu
Librans nervum digitis, & atra
Prælia miscens

Per fugam pugna: pariter decorum
CÖPPËLI germen senioris, alti
In patris laudes fremit ire, primo
Dum calet ævo

Pulpitum scandens. Sedet agmen infra
Comparis turbæ studiis & annis,
Ac movet pugnas, agiliq; turbat
Marte palæstram.

Robur invictum quatit ille contra
Providè librans, laterisq; partem
Quamlibet cautus tegere impetentum
Vulnera vitat.


Interim faustis resonat theatrum
Vocibus circum positæ coronæ:
Quin favens læto Themis ipsa plausu
Tale resultat.

Hæ

*Ha decent palmae juvenem: virili
Restat etati decus amplioris
Laurea; restat toga, qua paternum
Provocet ostrum.*

Boni ominis causa f.

Augustus Buchnerus.



Quicquid ego potero, soli tibi serviat omne;
Juvit enim genitor commoda nostra tuus.
Juridicum specimen, KÖPPELI; versibus orno:
Justè pergentem nobiliora manent.

*M. Michael Wendlerus,
Facult. Philos. Adjunctus.*

F I N I S.

00 A 64 621


ULB Halle 3
002 937 379




WD 17

Retro ✓







CUM DEO! 37
COLLEGII INSTITUT. 680
PUBLICI 37
DISPUTATIO DECIMA
Ethico--Politico--Juridica

De
INSTITUTIO-
NIBUS
ET
SUBSTITUTIONIBUS

Hæredum.
Ad Tit. 13. 14 15, & 16. lib. 2. Inst.
EXHIBENS
TEXTUS

Continuationem, Quæstiones,
Antinomias & Axiomata

Quam
SUB PRÆSIDIO

CHRISTIANI TAUBMANNI
J. U. D. Prof. Publ. & p. t. Jur. Fac. Decani.

Discutiendam proponit
GEORGIUS HENRICUS KÖPPEL

10 Aug. Dresdâ-Misnicus.
Ad diem 13 Jul. in Auditorio Jctorum, horis antemerid.

WITTEBERGÆ,
Ex Officina Typogr. JOBI WILHELMI FINGELII, ANNO 1639.

